

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo admirandus Apolonius propter Christum Romae martyrium
subierit. Cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

ad quosdam fratres, quò eos tum admoneret, tum cohortaretur misit, ista ita se habere, manifesto cognosci poterit. Hac Irenaeus.

*Quomodo admirandus Apolonius propter Christum
Rome martyrium subierit.*

CAP. XX.

Eodem tempore, Commodo imperium Rom. gubernante, nostra religio ad pacatum & tranquillum statum traducta fuit, & pax (diuina gratia largiente) omnes ecclesias in toto terrarum orbe occupavit. Quo quidem tempore salutaris Dei sermo hominum mentes cuiusque generis adeo attraxit ad piam Dei omnium rerum conditoris religionē cultumq;, ut iam Romæ complures, & genere illustres, & rerū affluentia admodum locupletati, vñā cum omni familia & cognatione sua, se ad suam ipsorum salutem amplexandam reciperent. Verum istud virtutis hosti, & inuidia natura sua exæstuanti, diabolo minime ferēdam videbatur, & propterea varias de integro machinas contra nos astute fabricare aggressus est. Nam Appollonium virum inter fideles politioris literaturæ studiis & philosophiq notitia plurimum celebratum, in iudicium adducit, & vnum ex eiusdem Appollonij servis ad hanc rem valde accommodatum, qui hominem accuset, excitat. Cæterum huic misero ac perditō intempestive & incommode in iudicium ad Christianū accusandum ingredienti, actutum (quoniam iudices qui Christianorum nomina solum, quia Christiani essent, deferebant, imperatoris editum nec dare mandauerat) crura suffringebantur: Perennio iudice contra eum talē sententiam pronuntiante. Iste autē Deo clarissimus martyr, cum iudex obnoxie ab illo petiisset flagitassetq;, vt si dei suæ rationem coram Senatu redderet, simularq; accuratestissimam orationem apologeticam pro fidei, quam profitebatur defensione, coram omnibus recitasset, sententiā senatus securi percussus, decessit ē vita: quippe votus lex apud illos extabat, Christianos, qui semel in iudicio comparuerant, nisi professionis suæ sententiam mutarent, non omnino liberos dimittendos esse. Istius vero coram iudice verba, & responsa, que ad Perennij rogata dabat,

dabat, & orationem apologeticam apud senatum habi-
tam, si cui lubitum sit accurate cognoscere, ex libro no-
stro, quem de veteribus martyribus composuimus, ma-
nifesto intelliget.

Qui ijs temporibus episcopi prouinciarum fuerint.

CAPVT. XXI.

Decimo anno Commodi imperii, postquam Eleu-
therus decem & tribus annis pontificatum admini-
strauerat, successit Victor quo quidē tēpore, vbi Iu-
lianuſ decimum ministerii ſui annum compleuerat, ecclē-
ſiarum Alexandriæ procuracyem caperſit Demetriuſ.
Quorum temporibus Serapion, quem modo declarauim-
us, octauuſ ab Apoſtoliſ ecclēſiæ Antiochenæ epifo-
puſ, magno apud omnes in honore fuit: Cæſareæ item
id temporis Paleariſtarum prafuit Theophiluſ. Narcif-
ſus ſimiliter, cuius ſuperior noſtra mentionem fecit ora-
tio, adhuc ecclēſiæ Hieroſolymitanæ ministerio perfun-
gebat. Ecclēſiæ Corinthiorum, quæ eſt in Græcia, iſſe-
dem temporibus Bacchylluſ fuit epifcopuſ: ecclēſiæ E-
pheſianæ Polycrates. Et quanquam multi alii p̄ttereā,
ut veriſimile eſt, & prope infiniti, illa hominuſ ætate
floruerunt, illos tamen, quoruſ recta fidei & catholica
ſententia scriptis ad noſtrā ætatem deriuata ſit, ſolos,
ut ratio poſtulabat, nominati citauimus.

De quaſtione que tum temporis de Paſchate agebatur.

CAP. XXII.

Quoniam vero illis temporibus de feſto Paſchatis
in honorem ſeruando non exigua concitata pro-
p̄trea erat controuersia, quod omnes ecclēſiæ A-
ſiæ, antiqua quadam traditione adductæ, censebant deci-
mo quarto die lunæ (quo Iudeis olim p̄ceptum erat,
ut agnum immolarent) feſtum illud celebrādum, & om-
nio eo die, in quemcunque hebdomadæ diem forte in-
cideret, ieuniis finem statuendum, & quod non in mo-
re poſitum eſſet, ceteris ecclēſiis per vniuersum or-
bem terrarum diſperſis, quæ conſuetudinem ex Apo-
ſtola traditione ad hoc uſque tempus continua-
tam tenebant, (nimirum ut non alio die, quam eo, quo

O 4

Seruator